

CANCELL.
MARTIS B.
1716.*

IX. B 599

55.

Sod

~~D. S. III X~~

~~XXVIII. G. &~~

28

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
**JUDICIO
FORTUNÆ,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,**

REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PROVIN-
CIARVM BRANDENB. HEREDE, & reliqua,

 ALMA REGIA FRIDERICIANA
P R A E S I D E

JAC. FRIDERICO LUDOVICI,

J. U. D. & Prof. Publ. Extr.

Placido Eruditorum examini
Ad d. XXIII. Septembr. M DCCII. H. L. Q. C.
submittit

ANDREAS DIETERICH JACOBI,

Susatensis Gvestphalus,
AUTOR & RESPONDENS.

Typis CHRISTOPHORI ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ. 1702.

CHRISTIANA TRADITIONE
ANNA BEATA TRADITIONE
TAVESIBR.



I. N. J.

INGRESSUS.



Ortunam Deam esse, illiusque arbitrio
siugula rerum momenta & actionum
nostrarum successus moderari, pleni va-
nâ superstitionis caligine putavere gen-
tiles, hinc tanta ejus apud eos venera-
tio fuit, ut jugi cultu eam passim sibi
redderent propitiam, vid. Flor. lib. II.
cap. 12. atque in ejus honorem templâ
exstruerent, hostiasque libarent. Tacit. lib. 3. annal. n. 6.
2. annal. n. 41. Quamvis vero hoc tempore fortuna nihil
nisi inane nomen sit, & nonnisi pro affectione corporis
naturalis habeatur, cum veri Christiani locô illius Gentilium
fortunæ nil nisi solam divini Numinis eamque san-
ctissimam providentiam agnoscant; non paucos tamen e-
tiamnum reperiri automo, qui ad illius clypeum confu-
giunt, ejus remo se addicunt, & felicitatis suæ arbitriu-
numini ejus concredunt, & cum pauci sint, quibus grati-
ori vultu arrideat; hinc plurimi nimium ei consili tri-
stes plerumque sentiunt exitus, & dignas dementiae suæ lu-
unt poenas. Nam plerumque incerto pede fortuna volu-
bilis errat, & lunatica est, quæ ubi totum implevit orbem,
deficit in cornu. Sed hæc hactenus ad historicos & eos, qui
rebus naturalibus operam navant, spectant, ego eandem

DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ

Ajam etiam ad forum juridicum vocabo, investigaturus, num & ejus in jure nostro sit authoritas, & an in negotiis civilibus quædam momenta habeat. Leges verò nostras accuratius respicientes deprehendemus, eam Legibus Romanis non esse omnino ignotam, sed frequentissimam ejus in illis fieri mentionem. Non autem semper idem denotat, sumitur enim vel in significatu Physico, quatenus à Philosophis usurpatur, ut in §. 1. Inst. per quas personas cuig. acquir. in l. 63. §. 1. & 3. de acquir. rer. domin. vel etiam quandoque pro opibus & facultatibus nostris l. 1. §. 6. ad L. Rod. vel denique tertio juridice, quatenus habet vim aliquam (discretivam sc.) & momentum in negotiis civilibus, & ita sumitur in L. ult. C. comm. de Legat. ubi vid. Brunnemann. & dicitur judicium fortunæ d. l. & Brunnem. item fortis L. 5. in fin. ff. fam. hercisc. L. 2. C. quand. & quib. quarta pars. L. 14. ff. de judic. Qui ultimus significatus ad nos in praesenti pertinet, unde de illo fortunæ judicio pauca disserere apud animum constituimus. Sit ergo

M E M B R U M I.

ANHOC JUDICIJM SIT LICITUM? UBI SIMUL EJUS ORIGINES.

§. I.

Anquam ad ipsius materiae penetralia pergam, in vestibulo statim præjudiciale quasi occurrit quaestio, an hoc judicium sit licitum? quippe cum juxta Marant. in Speculo aureo p. 2. n. 12. judicium sit justitiae ministratio, Bald. vero dicat, judicium hoc esse remotum à ratione, ideoq; nec ratione ipsam, nec intellectum debere se fortunæ committere, quæ sacerdotissime præferat iniquum & quo, Id. ad L. 10. §. fin. de

MEMBRUM I.

fin. de negot. gest. & Alciat. add. l. S. ex his n. 24. Ergo ut contradictoria evitemus, & obloquentibus satisfaciamus, prius demonstrare necesse erit, judicium hoc nihil iniqui involvere.

§. II. Et quidem ut eo melius illud pateat, sciendum, in universum tria dari sortium genera, distinguuntur enim in *divinas*, *humanas* & *politicas* & *divinatorias*. *Divinae* sortes sunt illae, quarum in S. literis fit mentio; exempla harum existant *Lev. 16. v. 8.* ubi sortibus jubetur ex duobus arietibus eligi, qui offeratur Domino; Sic Josua forte jussus est explorare peccatum anathematis, *Jos. 7. v. 14.* Sic forte Saul electus in Regem Israelis; *Sam. 20. v. 20. seqq.* Terra sancta distributa est per sortem inter filios Israelis, *Jos. cap. 13.* & seqq. Jonas sorte depositur ad poenam, *Jon. c. 1. v. 7.* Per sortem Matthias surrogatus est in locum Judae proditoris, *Act. 1. v. ult.* Haec sortes etsi divinitus gubernatae & patefactae fuerunt, nobis tamen eas imitari non licet.

§. III. Sortes *Politicae* sunt, quibus res ad commercia privatorum pertinens, ut hereditas, legatum, donatio &c. distribuitur iis, ad quos pertinet, vel etiam ex aliquo numero idoneae personae eliguntur, quibus certae functiones commendentur, aut ex ordine inferiori quidam cooptantur in superiores. Omnes hasce sortes antiquissimas esse nemo non ignorat, qui primis saltim labris historiarum arcana gustavit, vid. Justin. lib. 13. cap. 4. Sic enim olim apud Athenienses πεντακοσιες, & cum id exigerent alterantes arbitros, quos διατήτας κατὰ ολῆρον nominabant, constituerunt Ariſt. l. 2. polit. cap. 10. Romæ prætor ex Decuriis præsides judiciorum itidem sorte adscisciebat, vid. L. 1. §. 2 de offic. quest. Ibidem legati sorte electi, Tacit. lib. 4. histor. n. 7. Sic agri vectigales per sortem divisi, Sveton. in Cæs. cap. 20. Apud Hebraeos & Lacedæmonios ager manu captus sorti-

6

DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ
to divisus est, Grot. lib. 3. cap. 6. n. ii. Apud Francos veteres,
quæ capta erant, sorte dividebantur, Greg. Turonens L.2.c.
17. Sic apud Homer, lib. 14. Odyss. Principes sortiuntur sorti-
bus in galeam conjectis, eaque vibrata & agitata tam diu,
dōneç ordine fortes exsilirent, & cujus fors prius exibat, is
antecedebat, add. Dionys. Halicarn. l.2. sortiebantur etiam
olim fabis nigris & candidis, aut globulis vel calculis ψή-
φοις, sortituri autem calculos in urnam certo numero con-
jiciebant, præmisso folio oleæ, quod etiam primum ite-
rum extrahebant, & hæc fuit Mercurii sors, licet fors omnis
Mercurio tributa, vid. Tacit. loc. ante cit. & Caspar Peucer
in tract. de divin. generibus tit. de Sortib.

§. IV. Hæ autem sortes Politicæ, de quibus jam di-
xitans, quin licitæ sint, non dubitamus. Non adversatur e-
nim vel repugnat authoritati SS. literarum usus legitimus
hujus consuetudinis sortiendi. Approbant enim illas, non
abrogant constitutiones politicæ ex insitis nobis notioni-
bus derivatas, rationi consonas, & conjunctioni tuendæ
accommodatas. Non parum scilicet momenti adferunt
prohibendis disensionibus, & dirimendis atque abrum-
pendis certaminibus, quæ sorte sedantur melius, quam longi-
gis disceptationibus. Hinc etiam Hahn *in observ. ad We-*
senber. vol. 1. pag. m. 458. ita concludit: Rem sorti commit-
tere, suā naturā non est illicitum, modo fraus absit &
perstirio, deinde nituntur & LL. authoritate vid. l.s. & 6. ff. fa-
mit. hercisc. l. ult pr. C. comm. de legat. ibiq; Brun. & consensu
sortientium, quo se se ad parendum eventui sponte obli-
gant, & postea coguntur authoritate LL. submissione &
accesione spontanea decreto fortis acquiescere. Acce-
dit Juris Canonici approbatio in *can. I. causa 26. q. 2.* ubi
textus: sors non est aliquid mali, sed res est, in dubitatio-
ne humanâ divinam indicans voluntatem ubi vid. & gloss.
add.

MEMBRUM. I.

add. Tiraquel. de jur. primogen. quest. 17. n. 12. conf. proverb.
18. v. 18. Augustin. de doctrina Christian. lib. 1. c. 28. illustr.
Dn. Stryk. in tractat. de cautel. contr. Sect. 3. cap. 4. add.
Molin. de J. & f. tom. 2. tract. 2. Disp. 509. & Paffend. de
J. N. & G. s. 9. 2.

§. V. Sortes divinatoriae, cum sint à veritate alienæ,
impiæ & commentitiae, huc non pertinent: de his vid. loci
Ezech. c. 21. v. 21. c. 26. q. 5. de fortis. & Caspar. Peucer. ante
cit. loc. de ejusmodi fortibus apud veteres Germanos vid.
Tacit. de morib. German. 10. & Cæsar. lib. 1. de bell. Gallic.

MEMBRUM. II.

DE PERSONIS, INTER QVAS JUDI- CUM FORTUNÆ LOCUM HABET ET QVOMODO HOC JUDICIUM EXERCEATVR.

§. I.

Personæ, quarum intuitu instituitur hoc judicium, sunt
illi, inter quos est de jure suo controversia, & qui a-
lio modo, quam per sortem ad consensum reduci non
possunt. Nam solent Dd. eo solum casu sorti locum fa-
cere, quando judicium ordinarium deficit, Vinn. ad §. 2. Inst.
de legat. aut res commodius per sortem, quam per aliud
remedium expediri possit. Hinc fors invito obtrudi non
potest, sed necesse est, ut vel partes ambæ, vel certè altera
deficientibus ordinariis remedii illud requirat, Bartol. &
Salicet in l. ult. C. de legat. nec locum habet, ubi lex alium
modum recepit, est enim solum remedium subsidiarum,
cui non est locus, quamdiu datur ordinarium, l. 16. ff. in pr.
de minor. arg. l. 32. ff. in fin. de damn. inf. Mev. part. 2. Dec.

21.E

DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ

21. Econtrario tamen, tamdiu ei locus relinquitur, donec probetur lege vel consuetudine aliud obtinere, prout in multis locis in alliquibus casibus obtinet, ut constat ex Mev. ad jus Lubecens. lib. 3. tit. fin. art. un. & Carpzov. Part. 1. const. 7. def. 23. cui add. Coler. Decis. 54. qui statutis Lubecensis & jure Saxon. singulare quid dicunt dispositum esse v. g. in quaestione, quis pro actore sit habendus, quando utraque pars simul ad judicium provocat, tunc enim apud Saxones loco fortis arbitrium judicis adhibetur, Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 385. Mynl. 4. obs. 57.

§. II. Forma hujus judicij consistit in discretione controversia per sortem, ut nimirum partes prout cuique sors tulerit, sint contentæ. Compelluntur autem vel à judice, ut ad sortem deveniant, vel etiam proprio motu sortem eligunt. Quantum ad pri⁹ tamen attinet, non facile solet judex hoc imperare partib⁹, nisi paria sint earū jura, & non apparent, cujus intentio sit magis in jure fundata, L. 14. ff. de judic. f. 23. Inst. de legat. Jason. in l. 3. C. comm. utr. judic. Gail. 2. obs. 116. Brunnem. 4. Dec. 67. quod & posteriori casu plerumque obtinet, vid. l. 5. ff. famil. hercisc. Richter Dec. 68. n. 10. Frantzk. ad dict. tit. n. 26. & videtur hic esse tacita quedam conventio inter partes, qua ita litem de rebus arbitrio suo subjectis sorti submittunt & sibi velut promittunt, se decreto sortis acquiescere velle.

§. III. Modus sortiendi non est semper idem hodiè, solet tamen plerumque fieri tessēris vel etiam schedulis in receptaculum aliquod conjectis, ut inde ordine extrahanatur. De more sortiendi veterum prolixius dixi m: mbrō I. Addo jam adhuc alium apud Romanos valde usitatum, micationem nempe digitorum, de qua Cicero lib. 1. d. offic. sed quasi aut sorte aut micandu victus alter cedat alteri, micare autem est sortiri digitis, Tiraq. q. 17. opn. 1. n. 77. de jur. primogen.

MEM-

MEMBRUM III.
MEMBRUM III.
DE REBUS, QUÆ JUDICIO FORTU-
NAE TERMINANTUR.

§. I.

Venio jam ad res seu controversias, quæ judicio huic submitti, illoque dirimi possunt, ubi primo ante omnia notandum, communiter statuere Dd. quod juris solum quæstio (vel, ut clarius loquamur, dubia juris applicatio) non vero factum sorte dirimi debeat, arg. l. 30. test. tutel. & l. 27. ff. de reb. dub. gloss. in l. 1. vers. probibuit & ibi Salycet collat. antep. C. uti possid. Bartol. in l. 1. C. de his qui se deferunt. Heig. in §. 23. Inst. de legat. quamquam contrarium sentiat Tiraq. de jur. primog. quæst. 17. 8o pin. 1. cuius tamen rationes tanti non videntur, ut à communi Dd. sententiâ recedamus. Nam factum est certum, si non ratione nostrum, tamen ratione sui, & certitudo ejus non à sorte petitur, sed probari debet ab allegante l. 22. ff. de probat l. 23. C. eod. jus autem inter plures personas saepe est incertum & indigit determinatione quâdam, præfertim si sit inter illos plures æquale, ad celeriorem controversiæ expeditionem, ut ita ille, cui sors addicit, eo ipso plus juris habeat præ reliquis. Casus reliquos exceptos in contrariis monebo.

§. II. Videamus autem primô locô de iis casibus, qui in Legibus nostris expressi sunt. Primus occurrit in l. 14. ff. de judic. ubi de duobus simul in judicio finium regundorum ad judicem ita provocantibus dicitur, ut discerni nequeat, quis actor, quis reus sit. Dicunt quidem communiter, quod uterque in hoc judicio & actoris & rei partes sustineat. l. 15. ff. de procur. & uterque suos fines probare teneatur l. 10. ff. fin. regund. Hammel, de act. c. 52. n. 28.

10 DSSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ
nihilominus tamen, si prius quis ad hoc judicium provocavit, pro actore, qui verò provocatur, pro reo habetur, L. 13. ff. de judic. idem est in judicio familiae hercisc. & communis dividendo, l. 2. §. 3. ff. fam. hercisc. l. 2. §. 1. comm. divid. d. l. 13. ff. de judic.

§. III. Quanquam verò, ut modo dixi, uterque regnlariter probare debeat, & ideo perinde esse videatur, quis sit actor, quis reus; nihilominus tamen cum rei partes favorabiliores habeantur, quam actorisjuxt. l. 125. de R. 7. & Mev. 9 Dec. 163. n. 2. in hoc præprimis consistit commodum, quod si reus nihil contra petat, quod facere potest, sed petita actoris simpliciter neget, hic nihil teneatur probare, sed ab onere probandi relevetur, Hieron de Monte de fin. reg. c. 48. n. 5. Frantz. ad tit. ff. fin. regund. n. 8. Imo licet ab initio aliquid petierit, postquam tamen per sortem in reorum classe est constitutus, à petitione desistere & alterius actionem nude saltē excipere potest. Par ratione in judicio famil. hercisc. si actor negetur esse heres, & non sit in possessione, alter verò possideat, Actor propter commodum possessionis, quod habet reus, excluditur ab actione familiae hercisc. exceptione præjudicij, unde hereditatis petitione ipsi agendum l. 1. §. 1. ff. famil. hercif. l. 18. de except. add. Marant, in spec. aur. p. 4. dist. 14. n. 6. & ob has rationes saepius solent altercare litigantes, quis actor, quis reus, cum nimirum simul ad judicium provocarunt, hinc si aliter res dirimi nequeat, utique sorte dirimatur necesse est juxt. dispositionem l. 13. & 14. de jud. & videtur hoc originem traxisse ex veteri Romanorum more, non enim audiebantur causæ nisi per sortem ordine quodam, quod ex Ciceronis orationibus etiam patet, vid. Quintil. lib. 7. c. 1.

§. IV. Notandum autem, ut & supra dixi, quod aliud obtine-

obtineat moribus nonnullorum locorum. Scilicet de jure Ssxon. si duo simul provocaverint ad judicium, aut libellum judicii simul obtulerint, quod tamen raro fieri puto, tunc arbitrio judicis res committitur, quem pro actore vel reo habere velit, Carpz. p. 1. C. 7. D. 23. Zanger, *de except. l. 2. cap. 1. n. 385.* qui ex rationis paritate fortis judicium extendit etiam ad eum casum, quando reus aliquis uno eodemque die a pluribus judicibus concurrentem Idictionem habentibus verbaliter, vel ad domum citatus sit, nec constare posse, quanam citatio prius ad cognitionem ejus pervenerit, si nempe nullus eorum sit superior, vel inferior, nec cumulativè Idictionem habeant, alias nempe inferior superiori cedit, Socin, in *cap. postulasi. n. 21.*

§. 7.

§. V. Secundò obtinet Judicium hoc etiam in casu dividenda hereditatis, quando nimirum circa portiones hereditarias dividendas coheredes convenire nequeunt, vid. l. 4. C. quand. & quib. quart. pars. Jason in l. 3. C. comm. utr. jud. & quanquam quidam hanc in parte canones præferant & majorem divisionem facere, minorem vero eligere debebare melius esse putent, idque tam ex Sacris, nim. ex Gen. c. 13. v. 8. 9. 10. & Gen. c. 11. v. 27. & seq. quam ex canonibus deducant, quibus potius standum esse, quam juri Civili putant, vid. Berlich. p. 3. Concl. 21. imo ex ipso jure Civili hoc deduci posse putent, nimirum ex L. un. sub fin. C. de his qui se deferunt. Berlich. c. 1. & Bald. in L. suis quoque. de hered. inst. n. 5. nihilominus tamen de jure Civili verius est, quod divisio portionum hereditiarum inter fratres vel heredes, præsertim si hi sint æquales, vel sorte vel officio judicis fieri debeat, quamvis ecclesia sit socia, Bald. in l. 14. C. de SS. eccles. vid. Jason in l. 2. C. comm. de legat. ubi hanc magis communem dicit n. 7. Bart. in l. 1. de his qui se defe-



22 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ
runt. Brunn. 4. Dec. 67. Berlich. c. 1. n. 5. Richter Decis. 68. n. 6.

§. VI. Obtrinet itaque fortunæ judicium, tum quando officio judicis sit divisio, tum si sine judece privatæ heredum conventione. Priorcasu tamdiu præfertur officium judicis, quoad res hereditariae commodam divisionem recipiunt, si vero non recipiant, tunc vel plus offerenti adjudicantur, vel sorte dirimuntur, Richter. Dec. 68. n. 7. & s. qq. Coler. Dec. 54. n. 5. Laxum est alias hæc in re judicis officium, potest enim alteri rem (plerumque ei, qui prærogativam habet majoris partis) alteri certam pecuniam, videlicet pretium portionis suæ, instar emtionis venditionis adjudicare, l. i. C. comm. utr. judic. Frantz. ad tit. ff. f. i. m. b. recisi. n. 21. Si vero partes utrinque æquales sint, secundum receptum usum res sorti committitur, ne quisquam prægravari videatur, Mev. 4. Dec. 497. Carpz. p. 3. c. 15. d. 1. Brunn. 4. Dec. 67. Vinn. 1. q. 35. Et vero divisio quæ sit privatæ conventione, plerumque per sortem fieri solet, Frantz. d. 1. n. 26. Colleg. Argent. ad tit. ff. f. i. m. b. recisi. n. 23.

§. VII. Et hæc quidem ita obtinent, nisi iterum statuto vel consuetudine aliud receptum, prout in foro Saxon. factum esse expressè testatur Carpz. 3. conf. 15. def. 2. & Berlich. p. 3. concl. 1. n. 8. ibi enim si hereditas inter duos fratres dividendas major habet dividendi potestarem, minor vero eligendi jus. Major autem non semper dicitur, qui major natu est, sed qui diutius administravit, Gail. 2. obs. n. 6. n. ult. concurrente masculo & foemina, hæc semper dividit, Carpz. P. 3. c. 15. d. 7. & hoc non solum obtrinet in dividenda hereditate paterna inter liberos, sed etiam liberorum inter parentes, & collateralium inter collaterales, Berlich. c. 1. n. 23. quem dividendi modum per totam fere Germaniam receptum esse testatur Berlich. c. 1. loc. n. 7. Gail. cit. obs. n. 14. Mev. 3. Dec. 197. & Id. adjus Lubec. lib. 3.

MEMBRUM III.

13

lib. 3. tit. ult. art. un. Quid in Camerā obseruetur, habet Gail. c. 1. & Myns. 4. ob. 37. & quidem in terris extra Saxoniā illud non tantum inter duos coheredes obtinet, sed etiam si plures sint, nihilominus tamen maiores hereditatem in tot partes dividunt, quo sunt coheredes, quo facto minor natu primus eligit, postea alter ordine successivo, donec tandem ad maiorem natu perveniat, Jacob. Schurff. *conf. 71. n. 1.* & *seqq. cent. 1.* In Saxoniā vero illud ad duos tantum heredes praecepsē restringi vult. *Carpz. p. 3. c. 15. Dec. 11.* (quem tamen non per omnia sequitur Berlich. *p. 3. concl. 21. n. 28. & seqq.*) si verò plures sint, iterum ad communem modum, sortem nempe vel officium judicis recurrentem esse putat.

§. IIX. Sed hæc, quæ hactenus de bonis hereditariis dicta sunt, nihilo secius etiam in bonis feudalibus obtinere videntur, nimirum illis, quæ divisionem recipiunt, vid. *text. II. feud. 15.* in quibus fieri debet divisio forte vel officio judicis, præsertim cum lex feudalis velit, feudum ad filios æqualiter pertinere, *text. in cap. i. §. & quia de bis qui feudum dare possint.* Hinc cum æqualia plerumque jura habeant, sorti hic facile locus fieri potest, vid. Ludolph. Schrader *tract. de feud. p. 7. c. 5. n. 64. 65. & seqq. tom. 1.* & Rosenthal. *tract. eod. cap. 1. concl. 19. lit. A sub fin. vers.* Idem tradit & Berlich. *p. 3. concl. 21. n. 19.* Quod tamen iterum limitatur, ut non procedat in foro Saxon. & ubi forte moribus vel statuto aliud receptum, *Carpz. p. 3. c. 15. d. 8.* Quantquam verò velit Schrader *cit. loc.* & Rosenthal, illosque sequentes, quod divisio non aliter fieri possit in rebus feudalibus, quam jure communi sorte sc. vel officio judicis; nihilominus tamen contrarium contra eos recte afferunt Berlich. & Carpzov. *loc. jam cit.* quod nimirum non minus in his bonis, quam hereditariis, ille modus obtineat, ut

B 3

major



14 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ
major dividat, & minor eligat, quibus de speciali consue-
tudine suæ provinciæ attestantibus merito credimus, add.
& Matth. Wesemb. ad tit. ff. fam. hercisc. n. 6. & Struy. in
Syntag. jur. feud. cap. 9. apb s. n. 6.

§. IX. Egimus hactenus de communione hereditatis,
proximum jam est, ut dispiciamus, an in communi divi-
dendo judicio, quando nimisrum quidam involuntariè vel
certè sine expresso consensu in communionem rei particu-
laris incident vid. §. Inst. de obl. quæ ex qf. contr. etiam for-
ti locus sit? Et quidem non dubium est, quin etiam in
hoc judicio obtineat, quia plurima communia habet cum
judicio familiae hercisc. l. 6. §. 11. & l. 19. §. f. iu. ff. comm. di-
vid. in hoc enim æquè judex singulas res æstimatas singu-
lis adjudicare potest l. 3. comm. divid. vel rei unius, si com-
modam divisionem recipiat, partes singulis addicere, vel si
non recipiat, totam uni adjudicare & hunc invicem certâ
pecunia alteri solvenda condemnare, vid. §. 5. & præced. de
offic. judic. l. 6. §. 10. ff. comm. divid. Carpz. P. 3. c. 15. d. 39. Quod
si verò socii singuli rem, quæ commodam haud recipit di-
visionem, sibi assignari petant, nec tamen quispiam ullum
jus & prælationem vel ex jure optionis, vel ex cognatio-
ne, aut ex portionum inæqualitate habeat, unde aliis præ-
feratur, certè ad sortem recurrentum erit, ut per hanc lis
dirimatur, Wesemb. ad tit. ff. commun. divid. n. 6. Carpz.
P. 3. C. 15. d. 41. Matth. Berlich. p. 3. concl. 21. n. 39. & seqq.
Hinc optimè Hahn. in Observ. ad Wesemb. ad b. tit. dicit:
expositio juris æqualis ad sortem, quam plures circa rem
habent, est æqualis permutatio, quæ justa est.

§. X. Et hæc divisio obtinet etiam in illis rebus, quæ
per familiae hercisc. judicium dividi non potuerunt. Siqui-
dem rebus hereditariis semel divisis, & unâ atque alterâ
re indivisa relictâ, non tamen rursus locus est judicio fa-
miliae

milia herciscundæ, quia hoc est universale, quod de rebus singulis non habet locum, sed judicio communī dividundo particulari agendum, Scotan. Disp. 28. §. 20. Et hoc casu iterum vel ad sortem, vel ad judicis officium recurrente, Berlich. part. 3. concil. 21. n. 41. Coler. Decis. 54. n. 6. p. 1. Et hoc adeo obtinet, ut & jure Saxon. hoc casu idem receptum, ut non detur locus optioni, sed jus commune prævaleat, Berlich cit. loc. n. 39. Carpz. p. 3. C. 15. d. 41. Pruckman. Conf. 17. n. 62. vol. I.

§. XI. Occasione hereditatis dividendæ etiam quandoquæ controverti solet inter heredes, apud quem cautions hereditariæ, id est instrumenta, vocabulo non ita latè sumto, ut in L. 1. ff. deside instrum. (quo etiam pertinent tabulæ testamentariæ) pendente judicio custodiri debeant, L. 5. ff. famil. hercisc. & quidem hic dispicere ante omnia debet judex, cui eas committat, nam potest quandoque reliquorum heredum præjudicium hic versari, si scilicet custodia illi committatur, qui in ejusmodi rebus custodiendis parvum diligens esse solet. Hic autem ordo in LL. præscribitur, ut judex deponi curet apud eum, qui ex maiore parte heres est, d. 1. s. si talis non adsit, seniorem præferat juniori, amplioris honoris inferiori, marem foeminæ, ingenuum libertino, vid. l. ult. ff. de fid. instr. ibique God. fr. a. eum, qui à maiore parte electus est, L. 15. de reb. autor. jud. possid. Hæc tamen ita obtinent, si hucusque nemo in possessione custodiarum fuit, hic enim præferendus, nec obtentus litis, eā pendente, istā privari debet, præsertim si adhuc controversum sit jus communionis, & ea pars, apud quem instrumenta existunt, alterius consortium non admittit vel disputat, Mev. 8. Dec. 47^o. Debet autem is, apud quem deponuntur instrumenta, coheredibus & sociis corundem exemplum dare, authentico apud se retento, & interpone-
re cau-

16 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ
re cautionem, quod originale toties quoties res exēgerit,
exhibere velit, d. l. s. famili. hercise. quod si hoc facere re-
cusat, datur ceteris interdictum de tabb. exhibendis l. l. §.
l. de tabb. exhib.

§. XII. Quodsi omnes ex iisdem partibus heredes
funt, nec convenit inter eos, apud quem potius deponi
debeant instrumenta, sed potius singuli in solidum ea sibi
asserunt, tres modos præscribit lex, ut vel sorte rem diri-
mant, aut ex consensu vel suffragio amicum eligant, apud
quem deponant, vel in æde sacrâ deponi current, d. l. s. l.
l. §. 36. in fin. deposi. quem modum olim frequentem fuisse
patet etiam ex l. 19. C. de usur. add. Cujac. ad tit. Cod. comm.
utriusq. jud. sed hunc in usu esse desisse & introductum es-
se, ut ejusmodi instrumenta in loco judicij deponantur, te-
statur Mev. s. Dec. 330. n. 6.

§. XIII. De instrumentis feudalibus notandum, quod
cum in eo magna utilitas versetur, quis eadem asservare
debeat, siquidem cum non raro vasallus, quando ipsi rati-
one successoris controversia movetur, probare debeat,
quod ipse à primo acquirente vel communis stipite descen-
dat, alias enim succumbit, quia sola agnationis & gentili-
tatis qualitas, atque gradus prærogativa non sufficit, Ro-
senth. cap. 7. concl. 57. n. 12. & seqq. Struv. in Synt. jur. feuds
cap. 9. apb. 7. n. 4. hinc cauti & providi sint agnati, ut Ma-
jorum antiquas investituras accurate & magnâ cum dili-
gentia, e. g. in Archivo familiae, aut alias in loco honesto
& apud viros omni exceptione majores custodiri current.
In communibus instrumentis itidem dignior & senior ju-
niori & minus digno præferendus est, v. Gail. l. 2. obs. 149.
n. 6. Sed quid si omnes pares? si convenire nequeant, res
etiam videtur sorti committenda per cap. 1. de feudi. cogn.

§. XIV. Obtinet etiam hoc judicium in casu l. 24. §. 17.
ff. de

MEMBRUM III.

17

ff. de fideicommissis libertatis. ubi circa manumittendos servos controversia est, & quoniam libertas magnum favorem habet, ideo hæc lex circa manumittendos servos speciale quid disponit. Quod si enim legatarius plures servos rogatus sit manumittere, & pretium quod ipsis à testatore relictum non sufficiat ad manumissionem omnium, sc. ut creditores eos non pro debito in solutum accipient, quod alias fecissent, l. 24. qui & à quib. manum. tunc quidem si ordo scripturæ appareat, manumittendos esse eos, quos primo manumitti testator jus sit d. l. 24. & l. 60. de hered. inst. quod si vero ille ordo non appareat (quia fortè compendiose dixit testator: omnes illos servos manumitti volo, *gloss. ad b. l.*) ne prætor, coram quo hæc manumissionis causa tractabatur §. 2. *Inst. de libertate.* aliquam gratiæ vel ambitionis honorem subeat, vel sorte servos rem dirimere oportet, quis prius manumittendus sit, quia paria habent jura, aut meritis cujusque allegatis, arbitrari eos oportet d. l. ubi notwithstanding, servos eunuchos majori olim pretio habitos fuissent, quam integratos viros, πίσεος ἐνενα fidei gratiâ, ut ait Herodotus in Ὑγασίᾳ, vel muliebrium libidinum causa, vid. Cujac. *ad tit. Cod. comm. de legat.* Idem est, si quis plures servos redimere jussus sit, liberratemque præstare & pretium omnibus redimendis non sufficiat, vid d. l. 24. §. 18.

§. XV. Alius adhuc casus, ubi hoc judicium locum habet, extat in §. 23. *Inst. de legat.* & l. 3. *C. commun. legat.* nimirum si duobus vel tribus personis optio servi fuit relecta, vel etiam alterius rei, aut uni quidem legatario, ipse autem moriens plures reliquerit heredes, illique in eliquendo corpore dissentiant, vel alter alterum servum alteramve rem eligere velit, queritur quomodo hæc controversia dirimenda sit? de qua jam olim dubitatum fuisse inter veteres Ictos dicit Imperator in d. l. ult. *C. comm. de*

C

legat.



18 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ

legat. Et quidem hoc certum est alias legatum optionis tanquam conditionale ad heredes non transisse, sed ipsum legatarium optare debuisse ex §.20 Inst. de legat. Hinc putat Bachov. Tribonianum casum plurium legatariorum de jure eligendi concertantius, cum casu plurium heredum unius legatarii per incuriam confundere, vel ictos hac de re olim etiam non convenisse, cum dubitatio eorum in casu secundo locum habere non potuerit, quia heredibus optio non dabatur. Quicquid autem hujus sit, justinianus Imp. hanc rem Constitutione sua decidit in d. §.23 Inst. ut & l. cit. quod non solum ad legatarii demortui heredes optio transeat, sed etiamsi circa corpus eligendum convenire nequeant, quod inter illos, non minus ac inter alios in eadem causâ dissentientes, judicium fortunæ sive fortis obtinere debeat, ita ut uni res per electionem obveniat, & ille reliquis pro rata æstimationem illius rei præstare tenetur.

§.XVI. Porrò, si duorum Dominorū adscriptitiis & adscriptitia connubium contrahant, & de liberis dividendis litigent, ita hæc res deciditur in Nov. 156. 17. E 162. c.3. quod scilicet, si numerus sit impar, v. g. si unus nascatur, primus sit. Domini adscriptitiæ, secundus vero domini patris, tertius. domini matris &c. si vero duo filii simul progeniti, queritur quis eligat? Respondet Justinianus, electionem per sortem esse dirimendam, vid Godefr. ad dict. Nov. 1. 156. E 162.

§. XVII. Quæritur hæc occasione, an & hodiè controversia de jure primogeniturae per sortem dirimi queat? Hic duo distinguendi casus, aut enim altero alter prius natus est, ita saltem ut ordo uascendi ignoretur, aut vero duos simul ex mortuæ matris in partu utero exscindit, vel quod eodem recidit, si Rex vel Princeps duas forte uxores habeat. (an jure, an de facto, non quærimus)

rimus) & duos liberos ex utrâque uxore eodem momento pronasci contingit; Priori casu cum quæstio facti magis sit quam juris, sorti hic videtur locum fieri non posse arg. l. 16 ff. de stat. hom. Tiraq. de jur. primog. q. 17. opin. 1. n. 91. qui quidem quadam tempore concedit, quod si ambo in hoc consentiant, possint utique rem sorti committere, alterutrum tamen invitum non posse ad sortem cogi dicit, nisi res aliter transigi non possit, vel periculum quoddam immineat, vid. Eund. cit. quæst. concl. 1. n. 7. nihilominus tamen ipse præfert eam opinionem, quæ & verior videtur, ut uterque admittatur sive in dignitatibus regalibus, sive in reliquis rebus hereditariis, nisi quis prius in possessionem pervenerit, aut is qui possessionem habuit, eam amiserit, & alter acquisiverit, illamque diutius tenuerit, Tiraq. c. 1.

§. XIX. Notandum tamen, quod quamdiu ordinariae probationes suppetunt, ad hæc remedia non deveniatur, v. g. ex scripturâ parentum vel eorum confessione; Etiam si ex conjecturis saltē & præsumptionibus de filiorum nativitate constet. Enim punctum nativitatis, quia incognitum est, cum in occulto & clam soleant parere mulieres, præsumptionibus & conjecturis satis probatur, Mascard. de probat. l. 2. concl. 665. & 675. Quocirca hac in re testimonium obstetricum plurimum valebit, non minus atque parentum vel vicinorum, præprimis si duarū obstetricum juratum adsit testimonium, Menoch. de presump. l. 2. pres. si. n. 1. & 30. Carpz. P. 3. c. 15. D. 18.

§. XIX. Posteriori casu (v. §. XVII.) cum quæstio juris magis sit, quam facti, sorti hic optimè locum dari putat Tiraq. c. 1. nam factum hic non est incertum, conf. Id. cit. loc. add. Daniel. Clasen l. 2. polit. c. 3. & Francisc. Aretin. in L. ex Duobus col. 2. ff. de vulg. & pupill. substit.

§. XX. Restat adhuc casus de pluribus tutoribus, si nimis

20 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ

miram plures tutores circa unius pupilli tutelam concurrant, & omnes pari jure gaudeant ad eam suscipiendam, ita ut neuter prærogativam habeat vel ex testamento, vel ex proximitate gradu; scilicet si ad consensum aliter reduci non possint, sed omnes in solidum eam sibi vindicent, ne pupilli res damnum exinde sentiant, expedientissimum remedium est, per sortem unum determinare.

§. XXI. Sed quæritur, an in delictis etiam locus sit judicio fortunæ? Et quidem cum certum sit, quando tota multitudo vel plures deliquerunt, non semper expedire Reipubl. ut de omnibus supplicium sumatur, singulique e medio tollantur, nam cum vitia sæpè ita invaluerint, ut remedii suis sint superiora, aut cum tota multitudo peccavit, sæpius evenit, ut cum magistratus omnes punire cogitur, illà ratione vitia magis provocet, & authoritas ejus cum non sufficiat ad ea punienda, evilescat, vid. Clasen lib. 6. Polit. c. 12. Carpz. in crim. p. 3. quest. 90. n. 23. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 20. Quanquam enim & factum esse quandoque deprehendamus, ut tota multitudo delinquentium suppicio affecta sit, ut de Cyzensibus commemorat Dion. lib. 45. quod libertas illis singulis sit erecta, & Augustus teste Sueton. c. 24. decimam legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisit, quem imitatus est Alexander Severus, qui sæpè integras exauktoravit legiones, Liv. dec. 3. hb. 5. p. m. 209. recentiora integrarum universitatum & multitudinum punitarum exempla vid ap. Gail. de P. P. l. 2. c. 9. n. 25. nihilominus tamen id eo casu potissimum factum est, quo Princeps pro sua potestate delinquentes punire potuit, vel tota multitudo delictum defendere voluit, quo casu omnino exemplo opus est; interim tamen è contrario non solam ex jure divino v. Loc. Exod. 32. v. 27. sed & historiis constat, quando plures peccaverunt, non omnes

MEMBRUM III.

21

omnes statim suppicio fuisse addictos, sed quosdam tantum per decumationem sive sortem suppicia tulisse: Sic Cicero in orat. pro Client. (quæ citata à Tryphonino in l.38. de pœn.) statuerunt, inquit, maiores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admisum, sortitione in quosdam animadvertere, ut metus videlicet ad omnes, pœna verò ad paucos perveniat: & Cassius ap. Tacit. 14. annal. 6. ex effuso, inquit, exercitu cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur, habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur: Exemplum de Gallis Trevirensibus in Diar. Europ. ad Ann. 1675. p. m. 667. adde Bœcler. in dissert. miles captivus p. m. 172. Tiraq. de pœn. temperand. vel mitig. caus. 47. n. 2. & seqq.

§. XXII. Et quidni posset hæc facere is, cui summa potestas in Republicâ vel exercitu competit? quippe cum is potestatem leges promulgandi habeat, & poenas statuendi, quid mirum eum legibus à se latis derogare posse, & pœnam remittere, Clasen. de jur. aggrat. c. 3. per tot. Carpz. in crim. p. 3. q. 150. n. 14. seqq. Quod tamen maximè intelligendum de illis delictis, in quibus superior per se potestatem habet remittendæ pœnæ, & quibus jure divino certa ac severa pœna expressè non statuta, in his enim non ita simpli- citer hoc procedit. Nam inferior non potest abrogare legem superioris, quanto verò inferior est princeps Deo? Clasen. cit tract. cap. 6. Carpz. cit. loc. n. 29. & 33. & Harnus- berger. in Diff. de Sortit. pœnal. belli. §. 26. Ex his itaque sponte fluit, quod cum supremus in Republ. vel exercitu veniam delicti quibusdam facere poscit, non prohibetur etiam, inter plures, qui forte in simili delicto, vel etiam dis- simili, remisibili tamen, versantur permittere, ut per sortem illi inter se experiantur, quis potius ad supplicium venire

C 3 debeat

22 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ

debeat, nam nemini hoc passu sit injuria, quia omnes mortem promeruerunt, & res arbitrii erat apud superiorem, quibus forte condonare velit, vid. Tiraq. cit. Tract. n. 4. Feld, ad Grot. de J. B. & P. 3. II. 17. Et hæc fors inspecie dicitur *detinatio*, vel *sortitio pœnalis bellica*, & est modus quidam decidendi extraordinarius, quo ex tota multitudine militum, vel etiam paucis quibusdam reis, quocunque fortunæ judicio quidam destinantur; Germ. Loosen *Wer sterben soll oder ums Leben spielen* vid. Harnusberg, cit. Diff. §. 3. Et quid quæso apud nos hodienum in bello frequenterius, quam inter quosdam delinquentes, quosdam infelicitatem fati sui sorte effugere, quosdam verò invidiâ taxillorum ad supplicium rapi, adeò ut existimet Osiander *in not. ad Grot. lib. 2. cap. 1. §. 15.* proprium hoc judicium esse in delictis militaribus, quia ibi Leges sunt rigidiores & copia judiciorum semper haberi nequeat, hinc nemo ferè hodie est Legislatorum militarium, qui in ferendis LL. sive constitutis articulis ei locum non fecerit, vid. in corpore juris militaris Articuls Brief der Reichs-Völcker de anno 1672. art. 63. & 71. Chur-Brandenb. Kriegs-Recht. art. 33. 83. 41. De bello an per sortem finiri possit vid. Grot. lib. 2. Cap. 23. n. 13.

MEMBRUM IV.

DE FINE ET EFFECTU HUJUS
JUDICIL.

§. I.

Hic consistit in eo, ut controversia terminetur mediante sorte l. 3. C. comm. utr. jud. sive id fiat privata sive publica authoritate, & pronunciatum illud sortis, ut

MEMBRUM IV.

29

vis ut ita loquar, obligat partes, quæ controversiam sorti submisserunt ex tacita conventione, ut dixi in membr. 2. & judex illud tuetur, adjudicationemque à sorte factam, exceptiones vel actiones dando, ratione sc. præstationum personalium & impensarum, has potentibus illas possidentibus, idque exemplo aliarum rerum judicatarum, quæ utroque remedio defenduntur. *I. auctori C. de reb. cred. v. t. tot. tit. de except. & Brunnenm. ad l. 3. C comm. utr. jud.* nec rescinditur divisio sorte facta, ob prætensem aliquam læsionem, vel inæqualem bonorum factam estimationem *I. ii. §. pen. ff. de minor. Richter. Dec. 68. n. 26.* res enim judicata cum præsumatur esse veritas, retractari nequit. *Brunni dict. loc. qua re & si quid indebitum ex hac causâ solutum sit, cessar re petitio L. 36. ff. famil. hercisc. Wesemb. ad d. tit. n. 8.* nam adjudicatio à sorte alicui facta statim ei, cui favit, tribuit dominium rei, hinc fructus à die adjudicationis jure Domini percepit; vid. *§. ult. Inst. de offic. jud. ibid. Bachov.*

S. II. Quanquam enim velit Acursius ad dict. §. & cum eo Locamer. n. 21. ibid. dominium v. g. in rebus hereditariis vel communibus divisis, non transferri in eum, cui adjudicata res, nisi per traditionem, id tamen aperte contrariatur rationi dict. §. vid. Ulpian. in fragment. tit. 19. §. 1. & §. 14. & J. lic. Umm. Disp. ad process. 19. n. 53. Licet enim alias etiam in rei vindicatione per sententiam non transferatur dominum, hoc est per adjudicationem, sed solum declaretur, si quidem actio rei judicatae solum in personam est *L. 6. §. fin. de Re Judic. ibique Gotbofr. in not.* tamen per adjudicationem reale jus inducitur in judiciis rerum communium divisoriis, idque ex vi atque potestate juris civilis, cum non potuerit tuitione prætoris, Anton Faber. de error pragmat. Decad. 98. error. 7.

MEM-



MEMBRUM V.
DE CONTRARIIS HUJUS IUDICII.

§. I.

Contraria hujus judicij considerare possumus, prout vel ei repugnant in fieri, vel illud in esse suo seu postquam est consummatum, infringunt: Prioris generis impedimenta descendunt vel ex ipsius rei controversæ inhabilitate, vel ex facto alterius. Res quæ inhabiles sunt, ut non possint terminari sorte, sunt ut *sub init. membr. tertii* dixi, in genere quæstiones facti; est autem quæstio facti, quando factum est incertum, super quo nec lex præsumit & super hoc nec sapiens potest consulere, nec prudens jucicare, nec pars tenetur respondere *L. 15. & 16. ff. de stat. hom. ibique Angel. l. 47. ff. de donat. inter vir & uxor.* Quæstio juris est, quando factum est certum vel incertum, super eo tamen cadit præsumtio juris, *Angel. in L. cum quem temere ff. de judic.*

§. II. Hinc deducitur, sortem locum non habere, quando duo de possessione litigant, uterque interdicto retinendæ possessionis agat, & æqualitas probationis adsit, ita ut unus tot actus possessioris pro se adducere possit, quam alter. Quamvis enim hoc casu Bartolus, Baldus illosque sequentes putent, omnino recurrendum esse ad sortem, tamen rectè contra eos concludit ex recentioribus Meichsner, *tom. 3. Dec. 3. n. 14.* quod sors hoc casu non habeat locum, sed judex expensis diligenter rei circumstantiis in eo esse debeat, ut æqualitatem probationis ad inæqualitatem reducat, & pro eo pronunciet, qui pinguiora jura habeat, quomodo autem hic procedendum vide latè apud eund. *cit. tract. add. etiam Tiraq. in tract. de jure primogen. q. 17. opin. 10. n. 19.* qui ultimus quidem cum Bartolo facit, & sortem quoque ex-

que extendit) duo eandem uxorem petunt, & uterque aequalē jus prætendit, si v. g. cum utroque fœmina eodem ferè tempore sponsalia celebraverit; sed idem & hoc casu dicendum, quod ante, nam unus potius jus habebit, vel ex ordine temporis, aut majori validitate sponsaliorum, vel ex potiori affectione sponsæ, vix enim possibile est, ut sponsalia cum binis, uno eodemque tempore celebrari possint, aut ut sint ambo aequalē firma, aut ut mulier utriusque aequali amore flagret, proinde & hic judex consideratis diligenter facti circumstantiis facile arbitrari poterit, quis potius jus circa ejus personam habeat, aut quis in puncto consummandi matrimonii præferendus sit, vid. Carpz. *Jprud. conf. l. 2. def. 63. & 65. Berlich. 4. concl. 28. n. 7.*

§. III. Deinde etiam non facile sorti locum dare solent, præsertim hodie, in electionibus personarum ad officia & dignitates. Quamvis enim ut in membr. i. commemoravi, olim non novum fuerit, aliquem suffragio sortes ad honores provehere, sicut & tale quid apud Venetos receptum esse dicit Contaren. *de offic. & Magistr. Reipbl. Venete.* Nihilominus tamen exemplis non simpliciter iudicandum, sed si quis ad officium aliquod sive munus diligendus, destinato & intra se reducto consilio potius hoc expediendum est, quam incerto fortunæ discrimine, quia quia ut optime dicit Tacit. *l. 13. annal.* fors sèpè deflectit ad parum idoneos & *hb. 4. Hifb. c. 7.* Sorte & urnâ mores non discernuntur, ut hinc rectè concludat Philo Judæus: quemadmodum nec Medicus ægrotō, nec gubernator nāvi per sortem querendus est: ita nec Reipubl. regens. Interim tamen nec hoc negandum, quodsi adhucdum duo vel plures designati ad dignitatē vel munus, & singuli pars vel æqualia habeant suffragia, nec Superior alicui prærogativam concedere velit, & æqualia quoque adsint

utriusque merita, quod tunc sorte hoc inter se discernere possint, atque is tunc præferatur, quem sors benigna elegit.

§. IV. Sed in civilibus hæc forte procedunt, quid vero dicendum de officiis & beneficiis Ecclesiasticis, an & ibi sortis judicium inter plures præsentatos donis & virtutibus æquales admitti possit? quod negandum videtur per cap. fin. de sortil. adeo ut licet alias electio per compromissum fieri possit, tamen non possit per compromissarios, qui forte constituti sunt., dict. cap. fin. posset enim sors super indigos cadere, qui quidem hominibus digni videbantur, in judicio tamen divino, quod interna scrutatur, tales non sunt, & tentaretur quodammodo Deus cap. 24. X. de elect. unde etiam dicunt Canonistæ, quod nequidem si duo paribus suffragiis electi fuerint, sorte inter ipsos res sit terminanda, sed potius per compromissarios conficienda, aut superior adeundus, qui terminum iterato suscipienda electioni præfigat. Nec obstant sanctorum exempla & ante alleg. loc. A. Etior. I. v. ult. ubi Matthias forte electus in locum judæ proditoris; Nam Sanctos id fecisse responder Gonzalez ad c. i. de Sortil. n. 4. Dei instinctu vel monitione speciali, & Augustin. in inquis. ad Januar. Matthias ante pentecosten sorte queritur, quia scilicet nondum erat plenitudo Spiritus S. in ecclesia effusa, septem autem Diaconi post non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Hinc etiam dicit Beda super actus Apostolorum, si necessitas immineat licitum est cum debitâ reverentia sortibus divinum judicium commitere, v. omnino B. Brunneman. ad l. 10. ff. de reb. dub. num. 23.

§. V. An electio Papæ sorti possit committi, non convenient Dd. Pontificii. Nos illis controversiam suam relinquimus, qui cupit potest hac de re videre Bald. in leg. fin. C.

fin. C. de legat. Felinad. cap. extr. de probat, Tiraq. de jur. primogen quest. 17. opin. I. properamus potius ad remedia quæ dantur contra sortem ejusque decisum.

§. VI. Et quidem à pronunciato fortunæ appellari non posse, ex eo fundamento asserunt Dd. quia illa neminem agnoscat superiorem nisi Deum Bald. in l. 2. C. quand. & quart. pars. Sebast. Medic. de cas. fort. p. 2. q. 10. n. 242. cum itaque superiorem non habeat, ad quem daretur appellatio? hinc etiam regulariter hereditatis divisionem fortitio-
ne à scientibus ordinata, ob partium inæqualitatem etiam immodicam rescindi non posse tradit Philipp. Matthæi vol.
I. cons. Marpurg. conf. 32. n. 23. & seqq. imputet enim sibi,
quod non prospexerit, ut sortes fierent æquales, damnum enim, quod quis suâ culpâ sentit, non sentire videtur per
cap. 86. de R. j. in 6. & sic damnum non contigit persortem,
sed per inæqualem partium constitutionem, quæ ipso scien-
te & approbante facta, & adversarius quoque ita ferente forte potuisset enormiter lædi l. 122. §. fin. de V. §. Si-
chard. in l. 3. n. 2. C. comm. utr. jud.

§. VII. Sed tamen ne iniquitati vel dolo impunitas detur, hinc videndum, si aliquis inique circumventus est,
quæ dentur remedia? Et quidem hic si constitutio portio-
num hereditiarum à judice facta, eo tantum casu datur
actio contra judicem, si ille ex singulari gratia, vel à parte,
vel iniquis æstimatoribus inductus, portiones plane inæ-
quales constituerit & partes hoc nesciverint arg. l. 2. C. si
propt. publ. pensit. priori casu actio de dolo locum habere
posset l. 15. §. 1. ff. de judic. posteriori autem casu datur actio
in factum arg. L. fin. C. de extr. cogn. Menoch. de arbitr. jud.
quest. l. 2. c. 342. Si autem extrajudicialiter sit facta divisio,
quories dolus & fraus adversarii, vel ignorantia & error
partis læsæ intervenisse probari possit, datur vel reductio

28 DISSERT. DE JUDICIO FORTUNÆ

ad arbitrium boni viri, aut restitutio in integrum, & quidem non tanquam adversus judicium fortis, sed tanquam contra factum mali & inæqualiter divisionem portionum facientis; Si nempe sortes tam inæqualiter factæ sint per dolum aut errorem dividentium, tunc iis, quibus non advertentibus id factum, etiam majoribus 25. annis sunt veniatur, arg. majoribus 3. C. comm. utr. judic. ibique Bald. Muller. in not. ad Struv. Exc. 15. §. 16. lit. g. Marant. in spec. aur. p. 6. tit. de test. product. n. 86. Fachin. 8. contr. 36.

§. IIX. Sed; & si quis ex divisione per sortem facta e normiter seu ultra dimidium læsus sit, ex facto dividentium, ubi inæqualitatem adesse nesciebat, potest petere ut rescindatur divisio ex l. 2. C. de resc. vendit. videlicet ut recedatur à divisione pristinâ & fiat nova, vel ut portio quæ læso competit adjustum reducatur, & similis fiat portionibus fratum vel adversarii, electio tamen læso competit arg. 1. 2. C. de resc. vend. Mund. vol. 2. conf. 12. n. 51. 52. Carpz. p. 3. Conf. 25. def. 19. Brunnem. in l. 3. C. comm. utriusque judic. Pruckman. 2. conf. 20. n. 55. Imo & mulieres, minores & rusticos etiam si læso sit infra dimidium posse petere restitutionem in integrum tradunt Paul. de Castro ad L. 3. comm. utr. jud. Bald. in l. 2. C. de R. V. quia scilicet has personas facilius, quam alias, circumveniri posse experientia docet. Sic & retractatur divisio per sortem licet facta, si postea appareat testamentum esse falsum, beneficio restitutionis in integrum vid. tot. tit Cod. si ex falso instrum. Jason. ad l. si post divisionem de jur. & fact. ignor.

§. IX. Ne autem propter magnam læsionem (extra dolum tamen) rescindatur divisio semel facta, ipsi instrumento divisionis subjici solet renunciatio beneficii L. 2. C. de resc. nd. vendit. vid. Illustr. Dn. Stryk. de caut. contr. Sect. 3. cap. 4. §. 16. aut juramentum, & quidem si major ju-
rat

M E M B R U M V.

29

rat, se non recessurum à sententiâ sortis eâ stare debet, minor
verò jurans perdit beneficium restitutionis Bartol. ad L. 2.
C. de resc. vendit. quandoque etiam si ante submissionem rei
judicio transfegerint super inæqualitate, cessat restitutio L.
122. §. fin. de N. O. Idem salvis impertinentibus ad rei com-
munionem & reliquos casus applicari poterit, ubi tamen
tantum non versatur præjudicium sententia sorte lata etiam
non facile solet retractari, ne lites multiplicentur & resu-
scitentur.

§. X. Et hæc sunt, quæ de judicio Fortunæ ex juribus
receptis colligere & loco speciminis Academicis publice pro-
ponere volui. Plura potuissent adduci, nisi tempore ex-
clusus fuisset, & nisi jactis fundamentis generalibus ex ra-
tionis identitate ad similia progredi facillimum esset. Tu
interim, benevole Lector, sicubi in omnibus eruditioni
Tuæ non satisfeci, primum huncce conatum benignè ex-
cusa, meque ad errores corrigendos primum fore
certò confide.

T A N T U M.

ERRATUM EXTANTIUS.

Membr. I. §. 4. lin. 4. lege ita: Approbant enim illæ (SS. literæ)
non abrogant Constitutiones politicas. Reliqua leviora
facile corriget ipse B. L.

D 3

Corol-

COROLLARIA.

I.

Lotariæ non simpliciter sunt prohibitæ,
si fiant absque fraude & præcipue autoritate publicâ.

II.

In emtione aleæ sive spei pretium debet solvi, etiamsi nihil captum fuerit, & venditor præstare cogitur, licet captum pretium decuplo excedat.

III.

Non omnis lusus simpliciter est prohibitus, si dolus absit & lucrum illicitum.

IV.

Lata culpa in delictis dolo comparatur, quando agitur ad interesse privatum.

V.


Debito in genere probato, si non apparet quantitas debiti, standum est juramento Creditoris.

Nobiliss. atque Doctiss. Dr. Respondenti
S. P. D.

P R A E S E S.

REDDO Tibi, quam censuræ meæ subjicere e-
iusdemque Præsidium à me expetere volui-
sti, Dissertationem de Judicio Fortunæ à Te ma-
gnâ diligentia conscriptam. Evidem animus e-
rat ab initio, nonnulla partim ad methodum, par-
tim quoque ad ipsam materiam spectantia, quæ
meditatus eram, cogitatis Tuis interspergere; sed
mutavi mentem deinde, non solum quod in opia
temporis exclusus fuerim, sed præcipue quod de
hac materia jam A. MDCLXIV Francofurti ad
Oderam sub Præsidio B. Brunnemann à Viro quo-
dam consultissimo disputationem habitam esse de-
prehenderim, ex qua facile suppleri possunt, si qui-
dam à Te casus speciales omisi forsan fuerunt.
Jure ergo meritò Te Autorem hujus Dissertatio-
nis scribere potuisti, & prout alias quoque diligen-
tia Tua & ardor discendi mihi probè cognitus est:
ita Tibi de primo hoc eruditionis Tuæ specimine
ex animo gratulor & ut porrò divinæ benedicti-
onis in studiis Tuis uberrimos fructus experiaris,
sincere exopto. Vale Dab. ex Museo d. XXI. Sept.

M DCCII.




Nobis jure Dogeni Dicitur Ralouphani

P R A S E S

Recabo Te ad te canticum meum quod dico
tepidissimum de laudis tuae quae dicitur a Te
sue diligenter cogitans. Exaudiens sumus et
istis de tribus nouis annis continet interponendum
in duodecim ad ipsius multitudinem facilius. Propter
magistris causam. Cogitans Tis interpositio
inter duas excusas tuncque non possum ducere nisi
propter misericordiam tuam V. MDCCXVII. Primum autem in
Odestantibus tibi praesertim gratitudine vestrae. Vnde dico
quoniam conuersus sum quia in tunc papa iste de
peregrinatione ex quo tuncque possunt intercedere
quoniam etiam a Tis enim peregrinatio omni sui iustitiae
lutea est. Vnde dico Tis Amorem plus dilectionis
misericordie bonitatis & beatitatis nondes diligenc-
ia Tis est. Vnde dico secundum gratias contumelie
lutea est. Vnde dico Tis secundum gratias Tis secundum
tertiam gratias. Vnde dico Tis secundum gratias Tis secundum
ex annuo gratulatorum ex uno quinque decenniis
ex annuo gratulatorum ex uno quinque decenniis

MDCCII. Salutem.



94 A 7367



Sb.

VD17

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



2. D. B. V.
DISSE^TRAT^O JURIDICA
DE

JUDICIO FORTUNÆ,

quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,

REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PROVIN-
CIARVM BRANDENB. HEREDE, & reliqua,

ALMA REGIA FRIDERICIANA
P R A E S I D E

JAC. FRIDERICO LUDOVICI,
J. U. D. & Prof. Publ. Extr.

Placido Eruditorum examini
Ad d. XXIII. Septembr. M DCCII. H. L. Q. C.
submitit

ANDREAS DIETERICH JACOBI,
Susatensis Gvestphalus,
AUTOR & RESPONDENS.

Typis CHRISTOPHORI ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ. 1702.